



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Vincentius Aluarus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

ille (omissâ quam capere poterat fugâ) Indis Christianis contra Ethnicos furentes, & sacris omnibus perinfectos, fidelis adesset, magno solatio animarum. ad quam ille mortem se per ascetica vnius mensis Exercitia secessu accuratissimo prepararat. Corpus illius in sūmis caloribus per triginta leucas vectum, citra vllius tetri odoris molestiam.

*Exercitia  
S. P. Ignatij.*

*Mors.*

*Vincentius Alvarus*

*Scholasticus.*

Cū Goam pergens ad studia, à Mahometanis piratis captus fuisset, vnâ cum alio de Societate, minati sunt Saraceni sæpius, se lytrum pro duobus his non admissuros; daturus vtrumque ceruice præfectâ in mare præcipites, quòd Maho-

*Lusitanus  
ad urbem  
Dabul.*

*18. Ian.*

*1606.*

*ætat. 27.*

*Societ. II.*

me-

*Fides.**Feria VI.**Oratio.  
Avers.*

meto, eiusque legi essent ad-  
 uersi, & eam expugnarent.  
 Interea feriâ sextâ, die apud  
 illos Mahometo dedicatâ,  
 Mahometani senaculo inito,  
 diem illum celebri Christia-  
 ni capitis sacrificio pro pia-  
 culari victima cædendo so-  
 lennem habere decreuere.  
 Quocirca Vincentius in pro-  
 ra tunc orans delectus est  
 cuius Christiano capite reli-  
 giones Mahometo persol-  
 uerentur. Cùm se occiden-  
 dum audisset, lætus quòd  
 Christiani nomen sibi in-  
 mortis obeundæ causam ver-  
 teretur, Deo se totum, to-  
 tum Deo in victimam ite-  
 rum & iterum dedicauit, pul-  
 chro iterum gaudio delibu-  
 tus, & religiosè gestiens vs-  
 que ad mortem, ac *Miserere  
 mei, Deus,* canens. Sub ipso  
 istu

ictu *Miserere*, aiebat, *anima mea, Iesu bone!* Aliqui ad ipsam Mahometi aram immolatum fuisse aiunt: sed ille se in fidei odium cædi lætus, Deo se vnicè consecrabat. Corpus in mare abiectū est.

*Mancius Taichicu. Coad.*

Religiosam pietatem eâ quâ istic præstabat pingendi arte alebat, & incitabat; pingendis Dei, Deiparæ, ac Cælitū imaginibus piè assiduèq; intentus: quibus templū ornabat; vt fidei mysteria ob oculos poneret, fidemq; ac virtutis amorem exemplis accenderet. Exilium in fidei odium è patria sibi indictum pati maluit quàm in patria Christum & religionem exuere; ad quod inuitabatur. Post alia ergò perpeñu aspera hoc etiam

lu-

*Iapon.*  
*Macai.*  
*20. Ian.*  
*1615.*  
*etat. 41.*  
*Soc. 8.*

*Fides.*  
*Imagines.*